



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

XLVII. Knappe Henning von Garthowi reicht der Schulzin Lucia in Büssen zwei Hufen in Zühlen zu Lehn, am 16. September 1322.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

XLVII. Knappe Henning von Garthow reicht der Schulzin Lucia in Büffen zwei Hufen zu Zühlen zu Lehn, am 16. September 1322.

Nouerint Vniuerſi copiam prefencium petitori, quod ego henninghus dictus de Chartowe [sic] famulus rite et racionabiliter contuli honorabili domine prefectiſſe Lucie in buſſen duos manſos In villa tzulen cum omnibus adherentibus cuiuſcunq̄e nominis fuerint eius ac veris heredibus tytulo pheodali libere perpetuis temporibus poſſidendos, Volens ipſam dominam Luciam de collacione habita, ſi quiſp̄iam Impeteret eam, quod abſit, reddere in omnibus liberam et indempnem. In cuius rei euidentiam et congnicionem ampliorem prefentem paginam conferibi feci, karactere Sigilli Gherardi de Chartowe [sic] mei patris beate memorie propter carenciam proprii figilli fideliter Roborata. Teſtes huius ſunt Niger Gherardus de Ghartowe [sic], Johannes de Redicſtorp, Rudolphus filius dicte domine, Johannes Clepelhorne, cum aliis plurimis fide dignis. Datum Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXII<sup>o</sup>., In craſtino octaue Natiuitatis glorioſe virginis.

XLVIII. Daß Kloſter zu Arendſee verſchreibt dem Dieterich Kerkun und ſeiner Gattin eine Leibrente, am 8. Januar 1323.

In nomine domini Amen. Ne facta hominum confundat mater erroris obliuio, litteris testimonialibus ſolent roborari, vt ad noticiam poſteriorum deducantur. Nos igitur Theodericus, dei gracia prepoſitus Sanctimonialium in Arnſe, necnon Margareta Prioriſſa ibidem notum facimus vniuerſis Criſti fidelibus, ad quos prefentes peruenerint, quod de pleno et perfecto conſenſu noſtri Collegii vendidimus Thiderico kerkun et ſue vxori margarete decem modios tritici quouis anno in feſto beati Martini ad vſus ſuos, quamdiu vixerint, ad Januas eorum prefentandos. Porro ſi ipſe vel ipſa ab huius carnis ergaſtulo migrauerit, ſuperuiuens medietatem tritici optinebit, Alia ſuccedet dominabus intra clauſtrum. Iſtis vero ambobus defunctis, predicti decem modii tritici ad eandem dominas ſpecialiter intra clauſtrum et non extra debeant ſuccedere, Vt ab eis omni anno eorum anniuerſarius in oracionibus eo deuocius peragatur. Huiusmodi decem modios Sanctimonialium poſt obitum amborum In villa primer ex duabus Curiis optinebunt, quas tunc temporis Coppekinus Brunowe et Johannes de Berne poſſederunt. Eciam ſi futurus prepoſitus dominas in huiusmodi percepcione preſumeret moleſtare, quod abſit, extunc ſcabini et Conſules Ciuitatis Sehufen ex bonis viciniſſimis dicti Conuentus Arnſe Sitis prope Ciuitatem Sehufen ſine omni impedimento per pignoris extorſionem debeant extorquere. Dantes ſuper eo prefentes in euidentiam firmiorem noſtris figillis vna cum figillo ciuitatis Sehufen firmiter Roboratas. Datum Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXIII<sup>o</sup>., Sabbato quo cantatur venite adorate.